



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Officia Propria Ecclesiae Et Dioecesis Paderbornensis

**Asseburg, Wilhelm Anton von der
Paderbornae, 1764**

Die December.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62764](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62764)



DIE IV. DECEMB.

S. BARBARÆ VIRG. & MART.

Duplex

Omnia de com. Virg. præter propria. Oratio.

Deus, fragilitatis humanæ reparator, qui Beatam Barbaram virginem fidei lumine illustratam per martyrii palmam in gloriâ tuâ sublimasti: tribue nobis, quæsumus, piis ejus meritis, & intercessione, in omni tribulatione subsidium, & post mundanas varietates ejusdem gloriæ effici participes. Per Dom.

Lectio I. Noct. de Scriptura.

IN II. NOCTURNO *Lectio IV.*

Barbara Nicomediensis virgo Dioscoro patre nata nobili quidem ac divite, sed impietati in primis dedito, ab incunte ætate cælestium contemplationi assiduè intenta, pietatis studium divinitùs hausit: atque ita Christo adhærere statuit, ut nullâ vi, aut minis, nullâ propositâ spe
ad

ad matrimonium adduci potuerit, stultam fore dictitans, se jam semel sponso dicatam, terrenas nuptias inire.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: *Et deducet te mirabiliter dextera tua. Y. Specie tuâ, & pulchritudine tuâ intende, prosperè procede, & regna. Et deducet.

Leſtio V.

Hanc dum pater stricto gladio confossurus insequitur, saxum ingens, quod viam intercludebat, divinâ vi repente disruptum, fugienti transitum præbuit. Dioscorus filiam indicio pastoris inventam, pugnis & calcibus foedè contusam crinibus raptans, per montis aspera domum retraxit, & ream Christianæ religionis apud Martianum præsidem provinciæ detulit; Martianus virginem blanditiis primùm, & verbo-

rum illecebris tentat; deinde ubi hæc non procedunt, vestibus nudatam, imperat nervis cædi, atque ut dolor recrudesceret, vulnera præacutarum testularum attritu perfricari, ac demum in obscurum carcerem retrudi. Hanc mediâ nocte, clarissimo immisso lumine Christus invisit, suavissimisque verbis consolatus, atque ad reliquum certamen fortiter subeundum cohortatus, momento sanavit.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio VI.

Postridiè è carcere educta, cùm Christum nihilofecius profiteretur, ferreis unguis dilaceratur, latera tædis ardentibus aduruntur, caput

put malleolorum crebris ictibus per-
tunditur. Ubera ferro avelluntur:
ac ne dolori pudor deesset, castissima
virgo nuda per urbis vicos circum-
ducta flagellatur. Tandemque ab
eodem iudice capitis damnata, pro-
prij parentis manu detruncatur. Am-
putatâ cervice, impius pater non-
dum supplicii locum excesserat, cum
subito fulmine de cælo tactus, ani-
mam exhalavit. Corpus Barbaræ Va-
lentinus quidam vir pius, hymnis ex
Christiano more prosequens, hono-
rificè sepelivit. Passa est Nicoine-
diæ in persecutione Maximini.

R. Afferentur Regi virgines post
eam, proximæ ejus, * Afferentur ti-
bi in lætitiâ & exultatione. V. Spe-
cie tuâ, & pulchritudine tuâ inten-
de, prosperè procede, & regna.
Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evang. Simile est Re-
gnum

gnum coelorum decem virginibus,
ut in communi. Missa. Loquebar.

Die XXII, Januarii.

SS. VINCENTII & ANASTASII
 MARTYRUM.

*In Dioces. Paderb. Duplex reliqua ut in Breviario
 Romano.*

Die XXVII, Januarii.

S. JULIANI EPISC. CENOM.
 CONFESSORIS.

Duplex Dioces.

*Omnia de communi Conf. Pontificis
 prater sequentia.*

Oratio.

DEus, qui Ecclesiae tuae Beatum
 Julianum mirabilem tribuisti
 Doctorem; concede propitius: ut
 hunc apud te pium mereamur sem-
 per habere intercessorem. Per Do-
 minum nostrum.

Lectioes I, Nocturni, de Scriptura.

IN II, NOCTURNO.

Lectio IV,

Beatulus Julianus primus fuit Ceno-
 manensium Episcopus, quem
 cives